



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Defensio Abbatiae Imperialis S. Maximini

Zyllesius, Nicolaus


Treveris, 1638

35. Conradi Regis Roman. Friderici II. Filij Dat. Treuir. An. MCCXLII.

urn:nbn:de:hbz:466:1-14268

chipresbyter, Fridericus Dux Sueniæ, Conradus Comes Palatinus de Rheno, Gerardus Comes de Lon, Poppo de Werthem, Comes Simon de Sarebrucke, Henricus Comes de Dietse, Henricus Marschaleus, Conradus Pincerna, Bartmannus de Budingen, Conradus de Bockesberch, Dudo Camerarius, Reibodo de Pingua: & alij quàm plures.

Signum Domini Friderici Romanorum Imperatoris Inuictissimi. Ego Godefridus Imperialis aulae Cancellarius vice Christiani Magunt: Sedis Archiepiscopi & Germaniæ Archicancellarij recognoui, Acta sunt hæc Anno Dominice Incarnationis MCLXXXII, Indictione XV. Regnante Domino Friderico Romanorum Imperatore gloriosissimo, Anno regni eius XXXI. Imperij verò XXVIII. Data Moguntia in solemnibus Curia II. Kl. Iunij.



35.

Conradi Regis Romanorum, Friderici II. Filij, Datum apud Treuirim, Anno MCCXLII.

CONRADVS diui Augusti Imperatoris Friderici filius, Dei gratia Romanorum in Regem electus semper Augustus & hæres Regni Ierusalem. Vniuersis Imperij fidelibus præsentibus litteras inspecturis, gratiam suam &

Hh 2

omne

omne bonum. Supplicauerunt Celsitudini nostræ, Venerabilis Abbas & Conuentus Sancti Maximini Treuir: fideles nostri, vt Ecclesiam & omnia bona eorum, quæ iustè tenent & possident, sub Imperiali & nostræ protectionis gratiâ recipere dignemur. Nos igitur, qui personas Religiosas, & loca Deo dicata de innatâ nobis pietate intendimus & affectamus defensare fauorabiliter, ac fouere, piis eorum supplicationibus legitimè inclinati, eandem Ecclesiam cum omnibus bonis suis, quæ in præsentî iustè tenent & possident, vel quæ in antea iustis modis poterunt adipisci, sub protectione nostra & Imperij recipimus speciali: Mandantes & per obtentum gratiæ Domini & Patris nostri & nostræ firmiter præcipientes, quatenus nullus sit, qui eandem Ecclesiam, vel personas in ea Domino famulantes in bonis suis præsumat vel audeat aliquatenus temerè molestare. Quod, qui præsumserit, indignationem nostram & Imperij se nouerit grauiter incurrisse. Actum Anno Dominicæ Incarnationis, Millesimo, Ducentesimo, quadragesimo secundo, mense Martij. Quintæ decimæ Indictionis. Datum apud Treuerim anno, mense, Indictione præscriptis.



36.

*Rudolphi I. Imperatoris, Datum Argentinae
Anno MCCLXXIII.*

Rudolphus Dei gratia Romanorum Rex semper Augustus, vniuersis Sacri Romani Imperij fidelibus, ad quos præsens scriptum peruenerit in perpetuum. Totiens Regiæ Celsitudinis sceptrum extollitur altiùs, & ipsius status à Domino (à quo datur omnis potestas) feliciùs gubernatur, quotiens loca diuino cultui dedicata benignâ consideratione reguntur, & ad ipsorum libertates seruandas, & facultates augendas gratiosa profectio Principis inuenitur: Cum enim omnis gloria siue potentia Principatus in subditorum præcipuè consistat solidata fortunis, expediens arbitramur & concedens vt sinus

sub.